

sublime protinus sese tollunt atq; e uestigio cælū petunt: & hoc etiā ex aqua. Itaq; in foueas quibus te-
ras uenamur delapsæ solæ euadunt. Vultur & fere grauiores nisi ex pcurſu aut littore tumulto imissæ
nō euolant. Cauda regunt aliæ. Circūspectant aliæ flectūtq; colla. Nōnullæ uescuntur ea quæ rapuere
pedibus. Sine uoce non uolāt: multæ. Aut e contrario semp in uolatu silent. Subrepta: pronæ obliquæ
in latera: in ora. Quædam & resupinæ feruntur: ut si pariter cernantur: plura genera non in eadem na-
tura meare uideatur.

De apodibus.

Cap. xxxix.

Purimū uolant quæ apodes uocant: quia careant usu pedū. Ab aliis cypseli appellant hirū
dinum specie. Nidificāt in scobullis. Hæ sunt quæ toto mari cernunt. Nec unq; tam lōgo na-
ues tanq; cōtinuo cursu recedūt a terra: ut nō circūuolent eas apodes. Cætera genera resi-
dunt & sistunt. His quies nisi nido nulla. Aut pedēt: aut iacent: & ingenia æque uaria ad pa-
rtam maxime.

De caprimulgis & plataeis

Cap. xl.

Caprimulgus i appellant grandiores merulæ aspectu: fures nocturni. Interdiu enim uisu carēt
intran pastore stabula: captarūq; uberibus aduolant suctū propter lactis. Qua iniuria uber
emoritur. caprisq; cæcitas quas ita mulsero oboritur. Plataea nominat aduolās ad eas: quæ
se in mari mergunt: & capita illarū morſu corripies: donec capturā extorqueat. Eadem cum
deuoratis se impleuit conchis: calore uentris coctas euomit: atq; ita ex iis esculēta legit testas excreans.

De ingeniis auium.

Cap. xli.

Illaribus gallinis & religio inest. Inhorrescunt edito ouo: excutiuntq; sese: & circūactæ pu-
rificant: aut festuca aliqua sese & oua lustrant.

De carduele & psytaco & auibus quæ loquuntur.

Cap. xlii.

Inimæ auium carduales imperata faciūt: nec uoce tantū: sed pedibus & ore p manibus. Est q̄
boū mugitus imitē in arelatēsi agro taurus appellata: alioquin pauua. Est q̄ equorū quoq;
hinnitus anthus noie: herbæ pabulo aduentu eorū pulsa imitaf ad hunc modum ulciscens.
Super oīa humanas uoces reddūt psytaci: & quidē sermocinātes: India auē hanc mittit. Sit

Psittacem uocat: uitiidē toto corpore torque tantū miniato in ceruicē distinctā Imperatores salutat: & quæ
accipit uerba pnuntiat. In uino præcipue lasciuia. Capiti eius duritia eadē q̄ rostro. Hæc cū loqui discit
ferreo uerberat radio. Non sentit aliter ictus. Cū deuolat rostro se excipit. illi innotitur: leuioremq; se ita
pedum infirmitati facit. Minor nobilitas: quia nō ex longinquo uenit: sed expressior loquacitas certo
generi picæ est. Adamant uerba quæ eloquunt. Hæc discunt tantum: sed diligunt: meditantēsq; intra
semet cura atq; cogitatione intētionē nō occultant. Cōstat emōri uictas difficultate uerbi: ac nisi subin-
de eadē audiāt: memoria falli. quæretēsq; miæ imodū hylarari. si interim audierint id uerbū. Nec uul-
garis iis forma: quæ non spectāda. Satis illis decoris i specie sermonis humani est. Veræ addiscere alias
negāt posse: q̄ quæ ex genere earū sunt: quæ glande uescunt. Et inter eas facilius quibus quini sunt di-
gyti i pedibus. Ac ne eas quidē ipsas primis duobus uitæ annis. Latior iis est lingua omnib⁹ i suo cuiq;
genere: q̄ sermonē imitant humanū: q̄q; id pene in oībus cōtingit. agripina cōiunx claudii cæsaris tur-
dum habuit (quod nunq; ante) imitantē sermones hoīum cū hæc pderem. Habebāt & cæsares iuuenes
item sturnum: luscinias græco atq; latino sermone dociles. Præterea meditates in diem: & assidue no-
ua loquentes longiore etiam contextu. Docentur secreto: & ubi nulla alia uox misceatur: assidente qui
crebo dicat ea: quæ condita uelit adisci aliquo blandiente.

De coruorum intelligentia.

Cap. xliii.

Reddatur & coruis sua gratia indignatione quoq; populi Ro. attestata: nō solū cōseia. Tibe-
rio principe ex fœtu supra castorū ædem genitus pullus in oppositā sutrinā deuolauit: etiā
religione cōmēdatus officinæ domino. Is maturæ sermoni assuefacti oībus matutinis euo-
lās in rostra: in forū uersus Tiberiū: deinde germanicū & drusū cæsares noīatim: mox tran-
suentem populū Ro. salutabat. Postea ad tabernam remeans plurium annorū assiduo officio meritis.
Hunc siue æmulatione incitatus maniceps pximæ sutrinæ: siue iracundia subita: ut uoluit uideri: excre-
mentis eius posita calceis macula exanimauit: tanta plebei cōsternatione: ut primo pulsus ex ea regio:
mox & interēptus sit: funusq; innumeris aliti celebratū exequiis. Cōstratū lectū sup æthiopū duorū hu-
meros præcedente tibicinæ: & coronis oīum genæ ad rogū usq;: qui cōstructus dextraniæ appiæ ad
secundū lapidē in cāpo rediculi appellato fuit. A deo satis iusta causa populo Ro. uisa est exequiæ: in-
geniū auis aut supplicii de ciue Romano in ea urbe qua multorū principiū nemo deduxerat funus. Sci-
pionis uero Aemiliani post carthaginē numantiāq; deletas ab eo nemo uindicauerat mortē. Hoc ge-
stum. M. Seruilio. C. Cestio cons. ad. v. Calen. April. Nunc quoq; erat i urbe Roma hæc pdente me eq-
tis Ro. cornix e betica primū colore mira admodū nigro: deinde plura cōtexta uerba exprimēs & alia
atq; alia crebro addiscens. Nec nō & recēs fama Crateri monocerotis cognōie in troezena regiōe aliæ
Cizycena coruorū opera uenantis: eo q̄ deuehebat filuis eos confidentes humeris. Atqui coruiculos illi uestiga-
Cazaca bāt agebātq; eo pducta cōsuetudie: ut exeuntē sic comitarent & feri. Tradēdū putauerē memoriæ qui

Cizycena
Cazaca